



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Libellvs De Principalitate Romanæ Ecclesiæ**

**Roth von Schreckenstein, Hieronymus**

**Ingolstadii, 1550**

**VD16 R 3252**

Ex Petri Primatv Consonum est Ecclesiam Romanam esse principalem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30126**

ROMANAE ECCLESIAE.  
EX PETRI PRIMATI CON.

*sonum est Ecclesiam Romanam esse  
principalem.*

**P**ost Confessionem Petri Iesus dicit ei. Math. vi. *Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in Coelis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus & super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam. Aduerte Lector, quod Christus nomen antiquum posuit Petri Simon. Nomen nouum enim erat Petrus, Nomen patris Bar Iona, & per uerba propria demonstratiua. Similiter Lucae 22. cap. Primatus Petri probatur. Simon ecce Sathanas expetit uos, ut cribraret sicut triticum. Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.*  
Cyprianus Lib. 4. Epistolarum ad Pupianum & lib. I. ad Cornelium.

Origenes Homelia sexta super Mathæum.

Hieronymus lib. I. Contra Pelagianos & super Math. XVI.

Ambrosius sermone quadagesimo septimo.

Augustinus contra Epistolam Donati.

Chrysostomus super Mathæum.

Hilarius super Mathæum.

Leo sermone Tertio.

Gregorius in Moralibus.

Cyrillus lib. 2. cap. 12. super Ioannem.

G Conci/

## DE PRINCIPALITATE

Concilium Calcedonense Octauum.

Dionysius cap. III. de diuinis Nominibus.

Athanasius in Epistolis ad Marcum liberum & Felicē.

Eusebius lib. 1. cap. 14. Ecclesiasticae historiae.

Augustinus tractatu quinquagesimo sexto.

Lactantius lib. 7. Institutionum diuinarum.

Paulinus de sancto Felice. Anselmus ad Urbanum Papam. Quos omnes Eckius in libris de Primatu Petri latissime adducit tribus libris.

Si ergo Diuus Petrus primatum inter omnes Apostolos habuit habet, & habebit iure Romana Ecclesia principalis inter ceteras Ecclesias erit, nullaq; Ecclesia Christiana se ab eadem tanquam Principali segregare debet.

## EX CONSTITUTIONIBVS

Principum & Imperatorum Romana Ecclesia principalis est, & caput aliarum Ecclesiarum.

Eusebius Pamphili Cæsariensis in suis Chronicis scribit, quod Anno Domini 600. Phocas Imperator Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum caput esse constituit. Cui astipulatur Platina in Bonifacio Tertio. Bonifacius Tertius patria Romanus à Phoca Imperatore obtinuit, magna tamen contentione ut sedes Beati Petri Apostoli quæ caput est omnium Ecclesiarum ita & dicere tur & haberetur.

Consentit